

# **Landesbibliothek Oldenburg**

## **Digitalisierung von Drucken**

**Samuelis De Cocceji, Henr. Fil. Sacræ Regiae Majestatis  
Borussicæ Magni Cancellarii, A Consiliis Sanctioribus  
Status Et Rei Bellicæ, Ordinis Nigræ Aquilæ Equitis Etc.  
Jus Civile Controversum Ubi ...**

Opus Ad Illustrationem Compendii Lauterbachiani ...

**Cocceji, Samuel von**

**Lipsiae, 1766**

LIB. I. TIT. IX. De Senatoribus.

**urn:nbn:de:gbv:45:1-9044**

enim destinatio nihil operatur, *ibid.* & L. 242. §. f. de V. S. Conf. q. XI. & XII.

Hinc (1) pisces in piscinis res immobilis sunt, si propagationis causa, adeoque animo perpetuo, habeantur, non vero si quotidianæ necessitatis causa: *Hyp. Infl. tit. de reb. Corp. Et c. §. 2.* (2) machinae ad usum perpetuum castri destinatae rebus immobilibus accalentur, non vero quæ tempore belli imponuntur: *d. Hyp.* Item (3) molendina navalia sunt imobilia, si ad usum certi loci in perpetuum sint destinatae *Hyp. I. feud. tit. 1. §. 5. Phil. Uff. pr. Infl. L. 2. Ed. XI. Struv. h. t. th. 83.* alias non *L. 1. §. 7. de vi arm. arg. L. 17. §. 7. Act. emit. vend.*

Utilitas hujus materiae itidem explicata est in *quaest. XI.*

L I B. I. T I T. IX.

DE

## SENATORIBUS.

Qv. I. *An senatoris filius etiam sit, qui ante dignitatem senatoriam natus est?*

**A**FEIRM. *I. f. de senat. l. 9. §. 14. pæn. L. 2. §. 1. Decur.* Nam ille qui patri nascitur, ex momento nativitatis consequitur jus aliquod eventuale succendi in omnia jura sui patris, adeo, ut quicquid dignitatis patri postea supervenit, illius commodum ad filium quoque pertineat. *Dn. Par. in Leff. ad Grot. L. 2. c. 7. §. 28.*

Atque hoc ita in regnis obtinere, gentium Exemplis probat *Grot. diſt. L. 2. c. 7. §. 28. Hottom. Illuſtr. q. 2. Tiraq. de I. primog. q. 31. Buxtorff. ad A.B. c. 7. th. 85. Rumel. ad A.B. diſſert. 6. aph. 5.* Sed & hodieque inter privatos ita servari constat: Ita enim filius ante professoriam dignitatem, nobilitatem, aliamque dignitatem patris natus, iisdem juribus utitur, ac si post dignitatem natus esset. *Struv. Ex. 4. §. 6. Chriſtin. vol. 5. dec. 5. n. 40. Carpz. p. 2. conſt. 10. def. 32. & l. 6. Reſp. 98.*

O B J. (1) *L. 63. §. 1. C. de decur.* ubi liberi tum demum liberantur a curia si durante dignitate patris vel ea finita nati sunt, non ergo si ante.

R E S P. Textus hic explicatur in *L. 64. C. eod.* ubi expresse quoque a curia liberantur illi, qui ante dignitatem nati sunt.

O B J. (2) *L. 66. verſ. Ex aero C. Eod.* ubi natus ex patre, qui nondum est patronus fisci, non liberatur a curia.

R E S P.



RESP. Loquitur de filio curiae semel oblato, hic enim non liberatur per subsequenter dignitatem patris, d. l. verb. in conditione pristina permaneant,

OBJ. (3) L. u. C. de dignit. ubi tales filii privati dicuntur.

RESP. Imperatores in fine d. l. vers. cum autem &c. sententiam, quam in pr. legis exposuerunt, mutant, adduntque rationem, quia paternos honores invidere filiis non oportet.

Effectus est, (1) quod tales filii habeantur pro primogenitis, indeque in feudis, etiam majoribus, succedant. Dn. Par. in Jur. Publ. c. 27. §. 6. & Disp. de success. Nep. Sec. 6. §. 1. & seq. & disp. de Just. regn. Port. pag. 52. (2) quod paenitentia plebeiorum non subcipientur. L. 9. §. 14. paen. L. 2. §. 2. ff. Decur. &c.

### LIB. II. TIT. I.

DE

## JURISDICTIONE.

QV. I. Quidnam voce Jurisdictionis jure romano veniat?

Laut. p. 22. resp. Jurisdiction vel in genere sumitur, vel ex Usu juris. In genere verb. & vi vocis jurisdiction continet omnem jus dicendi actum; L. 2. §. 23. Licet enim de O. I. hinc officium jus dicentis latissimum esse dicitur. L. 1. ff. h. Et vox. hoc sensu potest continere & notionem L. 99. V. S. 1. 5. pr. re jud. & voluntariam jurisdictionem, L. 7. §. f. Off. conf. l. 8. l. 9. pr. eod. & criminalem (L. 2. §. 23. de Or. Jur. ubi etiam cause criminum, & capitales dicuntur esse de iure dicundo, L. 7. §. f. Off. proc. verb. plenissima Jurisdiction), quin ipsam superioritatem territorialem: In his omnibus enim jus dicitur, Dn. Pagenst. i. Sicil. 8. & Laut. h. Sed haec significatio abusiva dicitur Suerm. repet. lect. cap. 6. Bach. ad Tr. D. 3. th. 1. l. a.

Ait Usu Juris, & in concessionibus, hodieque jurisdiction in dubio continet tantum causas civiles controversias, & hoc sensu recte definitur cause controversie civilis cognitio usque ad sententiam. L. 1. de re jud. atque exprimitur voce der Gerichtbarkeit, quin & voce Obrigkeit, nisi aliud appareat. Vide tamen Disp. Dn. Par. de fund. in territ. pot. tit. i. §. 12.

Causa vero cur in Usu juris Jurisdiction tantum ad causas civiles restringatur, est: Quia nimis operosæ sunt, quam ut Princeps pos-

